

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In M Antonium Philippica Septima. Oratio L.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

## In M. Antonium

venit tēpus Quiri. serius omnino, q̄ dignū Populo Romano fuit: sed tñ ita maturū, vt differri iam hora nō possit. fuit aliqs fatalis casus, vt ita dicā: quē tulimus: quoquo modo ferēdus fuit. nūc si qs erit, erit volūtarius. Populū Ro. seruire fas nō est, quē dii immortales oībus gētibus imperare voluerūt. res in extremū est adducta discrimē: de libertate decernit: aut vincatis oportet Quirites, qđ pfecto & pietate vestra, & tāta cōcordia consequimini: aut quiduis potius q̄ seruiatis, alię nationes seruitutē pati possunt, Populi Romani est propria libertas.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA SEPTIMA.

ORATIO. I.



ARVIS DE Rebus, sed fortasse necessariis, cōsulimur Patres cōscrip̄ti: de Appia via & de Moneta Consul, de Luperis Tribuni Pl. referūt. quarū rerū etsi facilis explicatio videt̄, tamen animus aberrat a sentētia, suspensus curis maioribus. adducta est em̄ P. C. res in maximū periculū, & extremū pene discrimen. nō sine causa legatorū istā missionē semp̄ timui, nūq̄ probavi: quorū reditus quid sit allaturus, ignoro. expectatio qđē quātū afferat lāguoris animis, quis nō videt̄ non em̄ se tenent iī, qui Senatū dolent ad auctoritatis pristinae spem reuiviscere, coniūctū huic ordini Populū Romanū, cōspiratē Italiā, paratos exercitus, expeditos duces. iam nō fingūt Antonii responsa,

eadēq; defendunt. alii postulare illū, vt oēs exercitus dimittātur, scilicet Legatos ad eū misi- mus, nō vt pareret, & dicto audiēs esset huic ordini, sed vt cōditiones ferret, leges impone- ret, referare nos exteris gētib; Italiā iuberet: se p̄ferim incolumi, a quo maius periculū, q̄ ab vllis nationibus extimescēdū est, Alii remittere eū nobis Galliā citeriorē, illā vltimā postula- re. p̄clare: ex qua nō legiones solū, sed etiā nationes ad vrbē conetur adducere. Alii nihil eū iā nisi modestū postulare. Macedoniā suā vocat oīno: qm̄ C. frater est inde reuocatus. Sed quē prouincia est, ex qua illa fax excitare nō posset incēdiū? Itaq; iudē quasi puidi ciues, & Senato- res diligētes, bellicū me cecinisse dicūt. Suscipiūt partis patrociniū, q̄ sic disputāt, irritari An- toniū nō oportuit, nequā est homo ille, atq; cōfidēs, multi p̄terea improbi. quos qđē a se pri- mū numerare possunt, qui hęc loquūtur, eos esse cauēdos denūciāt. vtrū igit̄ in nefariis ci- uibus vlciscēdis, cū possis, an pertimescēdis diligērior causa est? Atq; hęc illi loquūtur, q̄ quō- dam propter leuitatē populares habebantur, ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse semp̄ ab optimo ciuitatis statu, nō volūtate fuisse populares, qui em̄ cōuenit: vt qui in rebus improbis populares fuerint, iudē in re vna maxime populari, q̄ eadē salutaris Populo Ro. sit, improbos se, q̄ populares esse malint: me qđē semp̄ (vt scitis) aduersatū multitudinis teme- ritati, hęc fecit p̄clarissima causa popularē. Et qđē dicūtur, vel potius iudē ipsi se dicūt Cōsu- lates, quo nomine dignus est nemo, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere, faueas tu hosti: literas tibi ille mittat de sua spē rerū secūdarū suarū: eas tu lētus p̄feras: recites: descri- bendas etiā des improbis ciuib; eorū augeas animos: bonorū spē, virtutēq; debilitēs: & te Consulare, aut Senatorē, aut deniq; ciuē putes? Accipiet in optimā partē C. Pansa fortissimus Consul, atq; optimus: etenim dicam animo amicissimū: hunc ipsum mihi hominē familiarissi- mū, nisi talis Consul esset, vt omnes vigilias, curas, cogitationes, in Reip. salute cōfigeret, Cō- sulem non putarem. q̄q; nos ab ineunte ætate illius vsus, consuetudo, studiorum etiam hone- stissimorū societas, similitudoq; cōiūxerit: eius deniq; curam incredibilem in asperrimis bellī ciuilib; periculis perspexi nō modo salutis, sed etiam dignitatis meæ: tamen eūdem, vt dixi, nisi talis Consul esset, negare esse Consulem auderem. idem nō modo Cōsulem esse dico, sed etiā memoria mea p̄stantissimū, atq; optimū Consulē. non quia nō parī virtute, & voluntate aliū fuerint: sed tāta causam nō habuerūt, in qua & virtutē, & volūtate suā declararēt. Huius ma- gnitudinē animi, grauitatē, sapiētē, tēpestas est oblata formidolosissimi tēporis, tū aut illustra- tur Cōsularus, cū gubernat Rēp. si nō optabili, at necessario tēpore. magis aut necessariū P. C. nullū tēpus vnq; fuit. Itaq; ego ille qui semp̄ auctor pacis fui: cuiq; pax, p̄sertim ciuilib; q̄q; omnibus bonis, mihi tñ in primis fuit optabilis: omne em̄ curriculū industrię nostræ in foro, in curia, in amicorū periculis propulsandis elaboratū est: hinc honores amplissimos, hinc me- diores opes, hinc dignitatē si quā habemus, consecuti sumus: ego itaq; pacis, vt ita dicam, alumnus, q̄ quātuscūq; sum (nihil. n. mihi arrego) sine pace ciuili certe nō fuisset: periculose dico: quēadmodū accepturi P. C. sitis horreo: sed pro mea perpetua cupiditate vestræ digni-

Audiens dicto.

Bellicum canere.

Alumnus pacis Cicerone.

# Philippica. VII. Fo. CCXLVIII.

tatis retinende, & augende, queso oroq; vos, P. C. ut primo si erit vel acerbū auditu, vel incredibile a M. Cicerone esse dictū, accipiatis sine offensione, qđ dixerō: neve id prius q̄ quale sit explicauero, repudiētis. Ego ille (dicā sepius) pacis semp laudator, semp auctor, pacē cum M. Antonio esse nolo. magna spē ingredior in reliquā orationē P. C. quomā periculosissimū locū silentio sum preteruectus. cur igitur pacē nolo? quia turpis est, quia periculosa, quia esse non potest. que tria dū explīco, pero a vobis P. C. ut eadem benignitate, qua soletis, verba mea audiatis. Quid est incōstātia, mobilitate, leuitate, cū singulis hominibus, tū vero vniuerso Senatui, turpius: quid porro incōstātius? q̄ quē modo hostē non verbo, sed re multis decretis iudicauistis, cū hoc pace velle subito coniūgi: quasi vero, cū C. Casari, meritos qđ illi honores, & debitos, sed tñ immortales, & singulares decreuistis, vnā ob causam, qđ contra M. Antonium exercitū cōparauisset, non hostē Antonium iudicaueritis: nec tum hostis est a vobis iudicatus Antonius, cū laudati auctoritate vestra veterani milites, qui Casarem secuti essent nec tum hostē Antonium iudicauistis, cū fortissimis legionibus, qđ illum qui Consul appellabatur, cū esset hostis, reliquissent, yacationes, pecunias, agros spondidistis: quid? cū Brutū hominē quōdam illius generis, & nominis, natū ad Rēp. liberandā, exercitūq; eius pro libertate Populi Ro. bellū gerentē cū Antonio, prouinciāq; fidelissimā, atq; optimā Galliam laudibus amplissimis affecistis: tum nō hostē iudicastis Antonium: quid? cū decreuistis ut Consul alter, ambove ad bellū proficisceretur: qđ erat bellū, si hostis Antonius nō erat: quo igitur profectus est vir fortissimus meus Collega, & familiaris A. Hircius: at qua imbecillitate? qua macie? sed animi vires corporis infirmitas nō retardauit, æquū credo putauit, vitā, quā Populi Ro. votis retinisset, pro libertate Populi Ro. in discrimē adducere. quid? cū delectus haberet tota Italia iussistis, cū yacationes oēs sustulistis, tū ille hostis nō est iudicatus: armorū officinas in vrbe videtis, milites cū gladiis sequuntur, Cōsuli p̄sidio sunt, specie Cōsuli, re & veritate nobis: oēs sine vlla recusatione, summo etiā cū studio nomina dāt: parēt auctoritatī vestre: nō est iudicatus Antonius hostis: At Legatos missimus, heu me miserum, cur Senatū cogor, quē laudauī semp, reprehēdere? quid? vos censetis P. C. Legatorū missionē Populū Ro. pbauisset non intelligitis, nō auditis, meā sententiā flagitari: cui cū pridie frequētes essetis assensū, postridie ad spem estis inanē pacis deuoluti. Qđ turpe porro est legiones ad Senatū Legatos mittere, Senatū ad Antonium: qđ illa Legatio non est: denunciatio est, paratum illi exitium, nisi paruerit huic ordini, quid refert? tamē opinio est grauior, missos em Legatos oēs vident, decreti vestri nō oēs verba nouerūt. Retinēda est igit vobis cōstātia, grauitas, perseverantia. repperda est vetus illa seueritas: siquē auctoritas Senatus, decus, honestatē, laudē, dignitatē desiderat: quibus hīc ordo nimium caruit diu, sed erat tūc excusatio oppressis, misera illa quidē, sed tñ iusta, nūc nulla est, liberati tū regio dominatu videbamur, armis domesticis ea ipsa depulimus. nūc qđē vī extorquēda sunt, qđ si nō possumus facere, (dicā qđ dignū est senatore & Romano hoīe) moriamur, quāta illa erit Reip. turpitudine: quātū dedecus: quāta labe: dicere in hoc ordine sententiā M. Antonium Cōsulari loco: cuius ut omittā innumerabilia scelera vrbanū Cōsulatus, in quo pecuniā publicā maximā dissipauit, exules sine lege restituit, vctūgalia vēdidit, puīncias de Populi Romani impio sustulit, regna addixit pecunia, leges ciuitati p̄ vim iposuit, armis obsedit, aut exclusit Senatū: ut hęc iquā omittā, ne hoc qđē cogitatis: eū, qui Mutinā Coloniam Populi Romani, & Cōsulē designatū obsederit, depopulat⁹ agros sit, hūc in eū ordinē recipi, a quo toties ob has ipsas causas hostis iudicatus sit. qđ scēdū, flagitiosum qđ sit, videtis. Satis multa de turpitudine. Dicā deinceps, qđ p̄posui, de piculo: qđ si min⁹ est fugiēdū, qđ turpitudine: tñ offendit aīos maioris partis hoīm magis. Poteritis igit exploratā habere pacē, cū ī ciuitate Antonium videatis: vel potius Antonios: nisi forte cōtēnitis Lucium, ego ne Caiū qđē, sed ut video dominabit Lucius, est em patronus. XXXV. tribuū, quarū sua lege, qua cū C. Casare magistratū sortitus est, suffragiū sustulit. patronus Ceteriarū egrū, quas idē sine suffragio esse voluit, patronus fori, qđ Tribuni militares fuerūt. patronus Iani medii. O diū qđ huius potētiā poterit sustinere: presertim cū eosdē, in agros etiā deduxerit, quis vn qđ oēs tribus: qđ Eqtes Romanos: qđ tribunos militares: Gracchorū potētiā maiore fuisse arbitramini, qđ hui⁹ gladiatoris futura sit: quē gladiatorē nō ita appellauī, ut iterdū etiā M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellat ij qđ plane, & latine loquūtur, Myrmillo in Asia depugnauit: cū ornasset Threcidicis comitē & familiarē suū, illū miserū fugiētē iugulauit. Luculentā tñ ipse plagā accepit, ut declarat cicatrix, qđ familiarē iugularat: quid hīc occasione

Cicero nō  
vult pacē  
cū Anto.

Senatus aū  
toritas.

Gladiator.  
Threcidicis.  
vide Be  
roald. aliū  
Threcidicis  
Plaga lucu  
lenta.

## In M. Antonium

data faciet inimico! & qui illud animi causa fecerit, huc prede causa quid facturum putatis! non rursus improbos decurabit! non sollicitabit rursus agrarios! non quereat expulsos! M. vero Antonius non is erit! ad quem omni motu concursus fiat civium perditorum! ut nemo sit alius, nisi si quae una sunt, & si quae hic ei nunc aperte fauent, parum ne erunt multi! praesertim cum bonorum praesidia cesserint, illi parari sint ad nutum futuri. Ego vero metuo, si hoc tempore consilio lapsi erimus, ne illi brevi tempore nimis multi nobis esse videantur. Nec ego pacem nolo, sed pacis nomine bellum involutum re formido. quare si pace frui volumus, bellum gerendum est. si bellum omitemus, pace nunquam fruamur. est autem nostri consilii P. C. in posterum quam longissime providere. idcirco in hac custodia tamquam in specula collocati sumus, ut vacuum metu Populum Romanum, nostra vigilia, & prudentia redderemus. Turpe est summo consilio orbis terrae, praesertim in re tam perspicua, consilium intelligendi defuisse. Eos Consules habemus, eam Populi Romani, alacritatem, eum consensum Italiae, eos duces, eos exercitus, ut nullam calamitatem Respublicae accipere possit, sine culpa Senatus. Eadem non deero, monebo, predicabo, denuntiabo, & testabor semper deos, hominesque, quid sentiam: nec solum fidem meam, quod fortasse videtur satis esse, sed in principe civis non satis est: curam, consilium, vigilantiamque praestabo. Dixi de periculo, docebo ne coagmentari quidem posse pacem, de tribus enim quae proposui, hoc extremum est.

Pacem negat

Quae potest esse pax M. Antonio primum cum Senatu! quo ore ille vos poterit! quibus illum videri vos oculis intueri! qui vestrum illum! quem ille vestrum non oderit! age, vos ille solus, & vos illum, quid si qui Mutinam circumsedent! qui in Gallia delectus habent! qui in nostras fortunas imminet! amici nobis nunquam erunt! aut nos illis! an Equites Romani amplectentur! occulta enim fuit eorum voluntas, iudiciumque de M. Antonio! qui frequentissimi in gradibus Concordiae steterunt: quae vos ad libertatem recuperandam incitauerunt: arma, saga, bellum flagitauerunt: me una cum Populo Romano in concione vocauerunt. hi Antonium diligunt! cum his pacem servabit Antonius! Nam quid ego de universo Populo Romano dicam! qui pleno, ac referto foro, bis me una mente atque voce in concione vocavit, declaravitque maximam libertatis recuperandae cupiditatem. Itaque quod erat optabile antea, ut Populum Romanum committere haberemus: nunc habemus ducem, quae est igitur spes, qui Mutinam circumsedent imperatorem Populi Romani, exercitumque oppugnantes, pacem cum Populo Romano habere posse! An cum Municipiis pax erit! quoque tanta studia cognoscuntur in decretis faciendis, militibus dandis, pecuniis pollicendis, ut in singulis oppidis curiam Populi Romani non desideretis. Laudandi sunt ex huius ordinis sententia Firmani, qui Principes pecuniae pollicende fuerunt: respondendum honorifice est Marci rucinis, qui ignominiam notandos censuerunt eos, qui militiam subterfugissent. haec iam tota Italia fluit. magna pax Antonio cum eisdem! his cum illo! quae potest maior esse discordia! in discordia autem pax civilis esse villo pacto potest! ut omittam multitudinem: L. Nasidius Equiti Romano, homini in primis ornato, atque honesto, civique semper egregio, cuius ego excubias, & custodias mei capitis cognovi in consulatu meo: quae vicinos suos non cohortatus est solum, ut milites fieret, sed etiam facultatibus suis subleuavit: huic inquam tali viro, quem nos Senatus consulto collaudarimus, poterit ne esse pacatus Antonius! quid Caesari! quae illum urbe: quod D. Bruto! quae Galliam prohibuit! iam vero ipse se placabit, & leniet provinciam Galliae, a qua exclusus & repudiatus est! omnia videbitis P. C. nisi perspicitis, plena odiorum, plena discordiarum, ex quibus oriuntur bella civilia. Nolite igitur velle, quod fieri non potest: & cauere pro deos immortales P. C. ne spe praesentis pacis, perpetuam pacem amittatis. Quorsum haec omnia spectat oratio! quid enim Legati egerint nondum scimus, at vero erecti, citati, parati, armati animis iam esse debemus: ne blanda, aut supplicis oratione, aut aequitatis simulatione fallamur. omnia fecerit oportet, quae interdicta, & denunciata sunt, prius quam aliquid postulet: Brutum exercitumque eius oppugnare, urbes & agros provinciae Galliae populari destiterit: ad Brutum adeundam Legatis potestatem fecerit: exercitum citra flumen Rubiconem eduxerit: nec propius urbem millia passuum ducere admoverit: fuerit in Senatus Populi Romani potestate, haec si fecerit, erit integra potestas nobis deliberandi. si Senatus non paruerit, non illi Senatus, sed ille Populo Romano bellum indixerit. Sed vos moneo P. C. liberas agite Populi Romani, quae est commedata vobis: vita & fortuna optimi cuiusque, quo cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iam pridem intendit Antonius: auctoritas vestra, quam nullam habebitis, nisi nunc retinueritis. tetrâ & pestiferam belluam, ne inclusam, & constrictam dimittatis caute. Te ipsum moneo Panfa (quam non egesset consilio, quo vales plurimum: tamen & summi gubernatores in magnis reperiuntur a vectoribus admoneri solent) hunc tuum tantum apparatus, tamque praclarum, ne ad nihilum recidere patiare, tempus habes tale, quale nemo habuit nunquam: hac gravitate Senatus, hoc studio equestri ordinis, hoc ardore Populi Romani, potest in perpetuum metu & periculo Reipublicae liberare.

Propius urbem.

Gubernatores summi in magnis temporibus a vectoribus admonentur.